



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 48. Caffa a Turcis capta ex Genuensium culpa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Secul. XV.
A.C. 1475.

quam ut obsessi hostium impetus sustinendo impares succumberent, idem Lauredanus opportuno auxilio occurrit, eosque pulsus Turcarum copiis periculo exemit. Ferunt tamen, præcipuam servatæ hujus Insulæ partem deberi cuidam puellæ Marullæ nomine; illa enim nova hujus ævi Heroïna, Janiffaris jamjam in urbem erumpentibus, cæsoque ante oppidi portas Patre suo, protinus armata accurrit, & per medios enses in Turcas tam virili audacia irruit, ut obsessi puellæ fortitudine accensi, restaurato prælio barbaros in fugam agerent, urbemque liberarent, Turcarum plurimis trucidatis.

§. XLVIII.

Cassa a Turcis capta ex Genuensium culpa.

Mahometes propter acceptam cladem de furore suo adeo nihil remittebat, ut etiam Crojam urbem obsidione premeret; prima hujus expeditionis auspicia Christianis secunda fluebant; quippe jamjam duo castra ad cingendam urbem a Turcis erecta occupabant. Ast prædæ aviditas Victores vicit; Turcæ enim prius fuga dilapsi, dum Venetos magis spoliis quam periculo intentos, ac soluto militari ordine hinc inde dispersos cerunt, auctis certatim viribus, omiffam antea

antea pugnam restaurant, ac Christianos profligant; Frustra Contarinus Albaniae Gubernator dissipatas suorum copias colligere conatur, imo & ipse post diuturnum, & acre certamen occumbit. Præterea paulo post Turcæ ex insidiis capiunt urbem Caffa, quæ Theodosia olim dicta, in Tartaria minori ad pontum Euxinum ex parte veteris Bosphori seu Freti Cimerii sita erat. Hanc Genuenses in sæculo tertio decimo, tempore sacrae expeditionis, ac Imperii Orientalis ad interitum declinantis suo subjecerunt dominio. Ibi proximus erat portus totius Euxini Ponti longe celeberrimus, ac Genuensibus admodum proficuum; stationem enim habebat non minus commodam, quam nautis tutissimam, unde inter omnes maris nigri portus emporium merito celebratur, mercaturæ opportunitate longe præstantissimum. Ast tot commodorum jacturam Genuenses adscribere debebant partim avaritiæ quorundam ex ipsis, partim perfidiæ cujusdam Gubernatoris, quem ibidem Tartarorum Rex Genuensibus foedere junctus constituebat; cum enim præfatus Gubernator, qui multa prædia in hac insula possidebat, ac jam antea cum valida Tartarorum manu urbem obsidebat, impensius peteret, ut ei Mahometes novas militum suppetias submit-

Sæcul. XV.
A.C. 1475.

Foliet. l. II.

Papiens.
epist. 641.

Leunclav.
Pand. Turc.
c. 147.

Sæcul. XV. mitteret, quantocius Sultanus Ach-
A.C. 1475. metem Bassam cum classe quingentarum
 fere navium, quæ pro Cretensis Insulæ
 expugnatione fuerant instructæ, eo con-
 tendere iussit. Obsessi hinc Turcarum
 copiis arctius undique cincti post pauco-
 rum dierum obsidionem urbis deditionem
 facere compelluntur, capto etiam ipso
 Tartarorum Rege, qui unacum duobus
 suis fratribus, ac nonnullis Genuensibus
 nobilitate inclytis ibidem inclusus erat.
 Hi omnes unacum præcipuis urbis civi-
 bus Constantinopolim captivi abstraher-
 bantur, ac demum tota illa regio in Ma-
 hometis potestatem redigebatur. Horum
 fatale fatum ingentem Polonis incussit
 terrorem, indeque totus, qua late patet,
 Oriens innumeris tumultibus ardebat.

§. XLIX.

*Avenionensis Ecclesia in Metropolita-
nam erecta.*

Naugier.
Hist Eccl.
Avenion.
S. Marth.
Gallia Chri-
stiana.
Bouche hist.
Provins.

Ad hunc quoque annum revocari posse
 videtur Avenionensis Ecclesiæ in
 Metropolitanam erectio a Sixto IV. Pon-
 tifice facta, qui eidem Carpentoracten-
 sem, Cabillonensem, & Vasionensem E-
 piscopos in Suffraganeos dedit. Olim
 hæc urbs sedes erat Episcopalis Arela-
 tensi Archiepiscopo subjecta, ubi ce-
 lebre erat Capitulum, cujus Canonici
 Anno